



AD

LECTOREM CHRISTIANUM

PRÆFATIO,

De summâ, occasione, & scopo o-
peris.

I.



Memorable admodum est quod A-
 POLLINARIUS olim apud Eusebi-
 um sese excusans, quod contra
 Montanistas hæreticos nihil ha-
 ctenus scripsisset; *Ad hunc usque diem, inquit,
 hesitavi quid facerem: non quod mendacium illud
 redarguere, ac veritati testimonium dare nequive-
 rim; sed quod veritus sum ac timui, ne quibusdam, Eu-
 angelii ac Novi testamenti doctrinæ aliquid scribendo
 SUPERADDERE VIDERER: cui nec adjici quic-
 quam nec adimi potest, ab eo qui VITAM SECUN-
 DVM EVANGELIVM instituere cupit.* Qui-
 bus verbis duo imprimis ad puritatem & in-
 tegrityatem Christianismi necessaria indicat:
 primò, ut secundum ea quæ novimus ex Eu-
 angelio, vitam etiam & actiones omnes com-
 ponere studeamus: deinde, ut contenti si-
 mus iis, quæ in Evangelii & Novi testamen-
 ti libris, & consequenter in Prophetarum
 quoque, quæ in illis allegantur & appro-
 ban-

SūMA
 brevi-
 or. Da-
 to Ver-
 bo Dei
 scri-
 pto
 Euseb.
 l. 5. c.
 16. Ni-
 ceph. l.
 4. c. 23
 perficī
 ēte ob-
 servā
 tes,
 urgen-
 da a-
 ctio,
 cavenda
 ad-
 ditio.